

✱ **Prefacio de la Santísima Trinidad** ✱

QERE dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo, et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ, sempiternæ que Deitatis, et in personis proprietas, et in essentia unitas, et in maiestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angelis atque Archangelis, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie, una voce dicentes:

EN VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor santo, Padre omnipotente, Dios eterno. Que con tu unigénito Hijo, y con el Espíritu Santo, eres un solo Dios, un solo Señor; no en la unidad de una sola persona, sino en la Trinidad de un sola substancia. Por lo cual, cuanto nos has revelado de tu gloria, lo creemos también de tu Hijo y del Espíritu Santo, sin diferencia ni distinción. Confesando una verdadera y eterna Divinidad, adoramos la propiedad en las personas, la unidad en la esencia, y la igualdad en la Majestad. La que alaban Angeles y Arcángeles, Querubines y Serafines, que no cesan de cantar a diario, diciendo a una voz:

✱ **Comunión: Lucas 4, 22** ✱

AIRABANTUR omnes de his, quæ procedebant de ore Dei

SE maravillaban todos de las palabras que salían de la boca de Dios.

✱ **Poscomunión** ✱

QUOS tantis, Dómine, largiris uti mysteriis: quæsumus; ut effectibus nos eorum veraciter aptare digneris. Per Dóminum...

ROGÁMOSTE, Señor, que nos concedes liberalmente gozar de tan altos misterios, te dignes hacernos capaces de asimilarnos sus efectos. Por nuestro Señor...



Cortesía Una Voce México
Disponible en: www.propria.org/espanol/

DROPIO DE LA MISA

TERCER DOMINGO DE LA EPIFANÍA DEL SEÑOR



Di solo una palabra y mi siervo quedará sano.

✱ **Introito: Salmo 96, 7-8** ✱

ADORÁTE Deum, omnes Angeli eius: audivit, et lætata est Sion: et exultaverunt filiae Iudæ. *ibid.*, *1* Dóminus regnavit, exultet terra: læténtur insulæ multæ. *V.* Glória Patri...

ADORAD a Dios todos sus Angeles: oyólo y alborozóse Sión, y regocijaronse las hijas de Judá. *Salmo 96, 1* El Señor reinó; regocijese la tierra: llénense de júbilo todas las islas. *V.* Gloria al Padre...

Regrese al Kyrie, en el ordinario

✱ **Oración o Colecta** ✱

OMNÍPOTENS sempitérne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tuæ maiestatis extende. Per Dóminum...

OMNIPOTENTE y sempiterno Dios, mira propicio nuestra flaqueza, y extiende, para protegernos, la diestra de tu Majestad. Por nuestro Señor...

Continúe con la Epístola hasta el Evangelio

✱ Romanos 12, 16-21 ✱

RRATRES: Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos: nulli malum pro malo reddéntes: providéntes bona non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri potést, quod ex vobis ést, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: Non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum ést enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dóminus. Sed si esurierit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malo.

R. Deo grátias.

✱ Gradual: Salmo 101, 16-17 ✱

TIMÉBUNT gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua.

Allelúia, allelúia. V. Ps. 96, 1. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur insulæ multæ. Allelúia.

✠ *Sequéntia sancti Evangelii secúndum Matthæum:*
R. Gloria tibi, Dómine.

✱ Evangelio: Mateo 8, 1-13 ✱

IN ILLO TÉMPORE: Cum descéndisset Iesus de monte, secútæ sunt eum turbæ multæ: et ecce leprósus véniens, adorábat eum, dicens: Dómine, si vis, potes me mundáre. Et exténdens Iesus manum, tétigit eum, dicens: Volo. Mundáre. Et conféstim mundáta ést lepra eius. Et ait illi Iesus:

HERMANOS: No os tengáis por sabios, ni volváis a nadie mal por mal: antes procurad obrar bien no solo delante de Dios, sino también delante de los hombres. Si es posible, y en cuanto esté de vuestra parte, vivid en paz con todos los hombres: no os venguéis, amados míos; mas dad lugar a que pase la ira: porque escrito está: A mi me pertenece la venganza: yo haré justicia dice el señor. Por tanto, si tu enemigo tuviese hambre, dale de comer; si sed, dale de beber; porque si esto hicieres, carbones encendidos amontonarás sobre su cabeza. No te dejes vencer del mal: mas vence el mal con el bien.

TEMERÁN las naciones tu nombre, oh Señor y todos los reyes de la tierra tu gloria. V. Porque edificó el Señor Sión, y allí será visto en su majestad.

Aleluya, aleluya. V. *Salmos 96, 1.* El señor reinó, regosíjese la tierra: llénense de júbilo todas las islas. Aleluya.

EN AQUEL TIEMPO: Habiendo bajado Jesús del monte, le siguió mucho gentío; y viniendo a El un leproso, le adoraba diciendo: Señor, si quieres, puedes limpiarme. Y extendiendo Jesús la mano, le tocó diciendo: Quiero, queda limpio. Y al instante quedó limpio de su lepra. Y le dijo

Vide, némini díxeris: sed vade, ostén-de te sacerdoti, et offer munus, quod præcépit Móyses, in testimónium illis. Cum autem introísset Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralyticus, et male torquétur. Et ait illi Iesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respóndens centúrio, ait: Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit: et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus, mirátus ést, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fídem in Israél. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Iacob in regno cælórum: filii autem regni eiiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus, et stridor déntium. Et dixit Iesus centurióni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanátus ést puer in illa hora.

Regrese al Credo, en el ordinario

✱ Ofertorio: Salmo 117, 16 y 17 ✱

DÉXTERA Dómini fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

LA diestra del Señor ha obrado proezas: la diestra del Señor me ha ensalzado; no moriré, sino que viviré y pregonaré las obras del Señor.

✱ Secreta ✱

HÆC hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora, mentésque sanctífcet. Per Dóminum...

HAZ, oh Señor, que ésta hostia limpie nuestros pecados y santifique los cuerpos y las almas de tus siervos, para celebrar dignamente el sacrificio. Por nuestro Señor...